Cæterum Lycas, ut Tryphaenae somnium expiavit. Quis, inquit, prohibet navigium scrutari, ne videamur divinae mentis opera damnare?

Is, qui nocte miserorum furtum deprehenderat, Æsus nomine, subito proclamat, Ergo illi, qui sunt, qui nocte ad Lunam radebantur? pessimo, medius-Fidius, exemplo. Audio enim non licere cuiquam mortalium in nave neque ungues, neque capillos deponere, nisi cum pelago ventus irascitur.

Excanduit Lycas hoc sermone turbatus; et, Itane, inquit, capillos aliquis in nave praecidit, et hoc nocte intempesta? attrahite ocius nocentes in medium, ut sciam quorum capitibus debeat navigium lustrari.

Ego, inquit Eumolpus, hoc jussi, non „ omen facturus „ navigio „ hospitio „ mihi: quia nocentes horridos longosque habebant capillos, ne viderer de nave carcerem facere, jussi squallorem damnatis auferri, simul ut notae quoque litterarum, non adumbratae comarum praesidio, totae ad oculos legentium accederent. Inter caetera apud communem amicam consumpserunt pecuniam meam, a qua illos proxima nocte extraxi mero ungucn-

Del resto Lica quand' ebbe espiato il sogno di Trifena (1) disse: Chi vieta di visitar la nave, onde non paja che noi trascuriamo le ispirazioni celesti?

Allora colui, che scoprì nella notte il segreto di noi disgraziati, il qual chiamavasi Eso, sclamò prontamente: Chi son dunque coloro, che stanotte radevansi al chiaror della luna? E fu per mia fede un pessimo esempio, perchè odo non esser lecito a chicchessia di tagliarsi nella nave le ugne o i capegli, fuorchè nel caso che il vento s' infurii col mare.

Lica da queste parole turbato montò in collera, e disse: alcun dunque si rase nella nave i capegli, e ciò in una notte sì placida? Traetemi tosto dinnanzi codesti rei, onde io sappia con quali teste debbasi purgare il vascello.

Diedi io quest' ordine, rispose Eumolpione non certamente per fare una fattucchieria alla nave, dov' io pure mi trovo: come coloro avean capegli orribilmente lunghi, acciò non sembrasse che della nave io facessi una galea, ordinai che si levasse tale squallore da quei birbanti, anche ad oggetto che i caratteri, non dal concorso delle chiome coperti, si affacciassero interi all' occhio de' leggenti. Tra le altre cose essi consumarono il mio danaro con una Druda loro comune, dalla quale nella notte passata li cacciai, tutti pie-

tisque perfusos. Ad summam, adhuc patrimonii mei reliquias olent.

Itaque, ut Tutela navis expiaretur, placuit quadragenas utrisque plagas imponi. Nulla ergo fit mora: Aggrediuntur nos furentes Nautae cum funibus, tentantque vilissimo sanguine Tutelam placare. Et ego quidem tres plagas Spartana nobilitate concoxi: caeterum Giton semel ictus tam valde exclamavit, ut Tryphaenae aures notissima voce repleret. Non solum ergo turbata est, sed ancillae quoque omnes familiari sono inductae ad vapulantem decurrunt.

Jam Giton mirabili forma exarmaverat Nautas, coeperatque etiam sine voce saevientes rogare, cum ancillae pariter proclamant; Giton est, Giton, inhibete crudelissimas manus, Giton est, Domina succurre.

Deflectit aures Tryphaena jam sua sponte credentes, raptimque ad puerum devolat.

Lycas, qui me optime noverat, tanquam et ipse vocem audisset, accurrit: et nec manus, nec faciem meam consideravit, sed continuo ad inguina mea luminibus deflexit, movit officiosam manum: et Salve, inquit, Encolpi.

Miretur nunc aliquis nutricem post vi-

ni di vino e di unguenti: insomma, costoro amoreggiano ancora il resto del mio patrimonio.

Dopo ciò per placare il nume tutelar della nave si ordinò che ci fossero date quaranta sferzate: nè vi fu tempo tra mezzo: i marinai furibondi ci assalirono colle corde, tentando di appagare il nume con sangue abborrito. Ed io pure tre sferzate mi digerii con una gravità spartana: ma Gitone al primo colpo gridò sì forte, che la sua notissima voce ferí gli orecchi a Trifena. Non ella sola però conturbossi, ma eziandio tutte le ancelle mosse dalla conosciuta voce accorsero verso il paziente.

Di già colla sua mirabil bellezza Gitone disarmava i marinai, e ancor non parlando erasi posto a pregare que'manigoldi, quando le ancelle sclamarono ad un tempo: egli è Gitone, Gitone, trattenete quelle barbare mani, egli è Gitone: padrona soccorrilo.

Trifena tese le orecchie, già disposte a credere, e corse di volo verso il fanciullo.

Lica, il qual mi conobbe benissimo, accorse egli pure come se avesse udita la voce mia: e non guardommi nè alle mani, nè al viso, ma tosto chinati gli occhi a' miei lombi, distese galantemente la mano, e mi disse: buon giorno, Encolpo.

Ora chi più si maraviglierà che una balia

cesimum annum cicatricem invenisse originis indicem, cum homo prudentissimus, confusis omnibus corporis indiciorumque lineamentis, ad unicum fugitivi argumentum tam docte pervenerit. Tryphaena lacrymas effudit, decepta supplicio: vera enim stigmata credebat captivorum frontibus impressa, sciscitarique submissius coepit. Quod ergastulum intercepisset errantes? aut cujus tam crudeles manus in hoc supplicium durassent? Meruisse quidem contumeliam aliquam fugitivos, quibus in odium bona sua venissent.

Concitatus iracundia prosiliit Lycas, et, O te, inquit, feminam simplicem! tanquam vulnera ferro praeparata litteras biberint. Utinam quidem hac inscriptione frontis se maculassent! haberemus nos extremum solatium. Nunc mimicis artibus petiti sumus, et adumbrata inscriptione derisi.

Volebat Tryphaena misereri, quia non totam voluptatem perdiderat: sed Lycas memor adhuc uxoris corruptae, contumeliarumque, quas in Herculis porticu acceperat, turbato vehementius vultu proclamat: Deos immortales rerum humanarum agere curam, puto, intellexisti, o Tryphaena! nam imprudentes no-

dopo vent' anni riconoscesse una cicatrice, di cui sapea la cagione (2), poichè quest' uomo sagacissimo, malgrado la confusione di tutti i delineamenti del corpo e della fisonomia arrivò sì abilmente a conoscere un fuggitivo con questo solo argomento? Trifena piangea, ingannata dall' apparenza del castigo, perchè veraci credea le incisioni impresse sulla faccia degli arrestati e diessi a interrogar sottovoce in qual prigione ci tenesse chiusi cammin facendo, e quali sì barbare mani infligger potessero sì gran supplicio? Ben però meritarsi alcuna pena cotai disertori che i di lei beneficj avean disprezzato.

Lica saltò su pien di collera dicendo: sciocca femminella tu sei! come se queste lettere fossero ben addentro stampate in quei tagli! Così avesser costoro questa infamia scolpita sulla fronte! noi ne avremmo un piacer sommo. Ma noi siam delusi con artificj da scena, e ingannati da mentita bollatura.

Trifena, la qual non erasi affatto dimenticata degli avutisi godimenti volea, che si perdonasse, ma Lica ancor sovvenendosi della moglie sedotta e delle ingiurie ricevute sotto i portici di Ercole, con volto burbero impetuosamente gridò: io credo, o Trifena che tu debba esserti avveduta che gl' Iddii immortali si danno pensiero delle cose di quaggiù, dappoichè hanno indotto

xios in nostrum induxere navigium, et quid fecissent, admonuerunt pari somniorum consensu. Ita vide ut prosit, illis ignosci, quos ad poenam ipse Deus deduxit. Quod ad me attinet, non sum crudelis, sed vereor ne quod remisero, patiar.

Tam superstitiosa oratione Tryphaenae mutata negat se interpellare supplicium, imo accedere etiam justissimae ultioni: nec se minus grandi vexatam injuria, quam Lycam, cujus pudoris dignitas in Concione proscripta sit.

„ *Ut ad vindictam unanimem et propen-*
„ *sam vidit Tryphaenam Lycas nova jussit ad-*
„ *di supplicia: quae ut intellexit Eumolpus his*
„ *eum mitigare conatus est.* „

„ *Infelices, inquit, illi, quorum te vin-*
„ *dice stat exitium, tuam, Lyca, implorant*
„ *misericordiam, et* „ *me utpote hominem non ignotum elegerunt ad hoc officium, petierumque ut se riconciliarem aliquando amicissimis.* „ *Certe* „ *putatis juvenes casu in has plagas incidisse, cum omnis vector nihil prius quaerat, quam cujus se diligentiae credat. Flectite ergo mentes satisfactione lenitas, et patimini liberos homines ire sine injuria, quo*

nella nostra nave questi spensierati monelli, e della loro sceleraggine ci avvertirono con sogni conformi. Vedi ora se giovi che a costoro si perdoni, i quali Giove stesso ha strascinati al castigo. Rispetto a me io non sono un crudele, ma temerei che sopra di me ricadesse la pena ad essi risparmiata.

A questo superstizioso discorso Trifena cambiando favella negò di aver voluto risparmiare il castigo, anzi concorrere ella pure ad una ben dovuta vendetta, ed essa non trovarsi men di Lica adirata, per essere stato in pubblico vilipeso l' onore della sua verecondia.

Quando Lica vide Trifena uniforme, ed inclinata a vendicarsi volle che ulterior ci fosse ingiunta, il che sentendo Eumolpione tentò con queste parole di mitigarlo.

Questi sciaurati, diss' egli, la cui morte dipende dalla tua vendetta, implorano, o Lica, la tua misericordia, e me a quest' ufficio hanno scelto, come persona qui nota; pregandomi di riconciliarli coi loro antichi amici. Voi tenete per certo che questi ragazzi sieno caduti a caso ne' presenti lacci: laddove ogni navigatore di nulla primamente s' informa che di colui, alla cui diligenza si affida. Raddolcite adunque gli animi già da tal penitenza soddisfatti, e permettete ad uomini liberi di andarsene senza

destinant. Saevi quoque et implacabiles Domini crudelitatem suam impediunt, si quando poenitentia fugitivos reduxit; et dedititiis hostibus parcimus. Quid ultra petitis? Aut quid vultis? In conspectu vestro Suppliees jacent juvenes, ingenui, honesti, et quod utroque potentius est, familiaritate vobis aliquando conjuncti. Si, me hercules, intervortissent pecuniam vestram, si fidem proditione laesissent; satiari tamen potuissetis hac poena, quam videtis. Servitia ecce in frontibus cernitis, et vultus ingenuos voluntaria poenarum lege proscriptos.

Interpellavit deprecationem Supplicis Lycas, et, Noli, inquit, causam confundere, sed impone singulis modum.

Ac primum omnium, si ultro venerunt, cur nudavere crinibus capita? vultum enim qui permutat, fraudem parat, non satisfactionem.

Deinde si gratiam a Legato moliebantur, quid ita omnia fecisti, ut quos tuebaris abscondercs? Ex quo apparet casu incidisse noxios in plagas, et te artem quaesisse, qua nostrae animadversionis impetum eluderes.

oltraggio ove si vogliono. Anche i più crudeli ed implacabili padroni frenano la lor sevizie, quando il pentimento riconduce i disertati; e noi perdoniam pure ai nimici, che spontaneamente si danno (3). Che pretendete di più? che più bramate? supplichevoli al vostro cospetto si giacciono, giovani, nobili, galantuomini, e quel che è più a voi per familiar nodo in altro tempo congiunti. Se essi vi avessero perdio carpito il danaro, se tradita la fede, di questa pena che pur avete sott' occhi dovreste esser paghi. Osservate sulla lor fronte le marche della schiavitù, osservate quei liberi volti per la volontaria applicazione delle leggi penali infamati e proscritti.

Interruppe Lica la difesa dell' avvocato, dicendogli: non imbroglia la causa, ma tutto esponi con ordine.

E prima di tutto, se costoro son venuti di lor volontà, a che tagliarsi i capegli? E chi si trasforma la faccia è più disposto ad ingannar che a dar soddisfazione.

Dipoi se voleano ottener grazia per via di un intercessore, perchè hai tu fatto tante cose per nasconder coloro che tu assistevi? Dal che si deduce che a caso que' tristi son caduti ne' lacci, e che tu hai usato astuzie onde eluder la forza del nostro risentimento.

Nam quod invidiam facis nobis, ingenuos, honestosque clamando, vide ne deteriorem facias confidentia causam. Quid debent laesi facere, ubi rei ad pocnam confugiunt? At enim amici fuerunt nostri, eo majora meruerunt supplicia. Nam qui ignotos laedit, latro appellatur: qui amicos, paulo minus quam parricida.

Resolvit Eumolpus tam iniquam declamationem, et, Intelligo, inquit, nihil magis obesse juvenibus miscris, quam quod nocte deposuerunt capillos: hoc argumento incidisse in navem videntur, non venisse. Quod velim, tam candide ad vestras aures perveniat, quam simpliciter gestum est. Voluerunt enim, antequam conscenderent exonerare capita molesto et supervacuo pondere, sed celerior ventus distulit curationis propositum. Nec tamen putaverunt ad rem pertinere, ubi inciperent quod placuerat ut fieret: quia nec Omen, nec Legem navigantium noverant.

Quid, inquit Lycas, attinuit supplices radere? nisi forte miserabiliores calvi solent esse. Quanquam quid attinet, veritatem per Interpretem quaerere? Quid dicis tu Latro?

Perchè, rispetto al rimprovero che ci fai, gridando che liberi sono e galantuomini, pon mente che con questo argomento tu non renda peggior la tua causa. Che devon fare gli offesi, quando i rei si presentano al castigo? Ma essi ci furono amici; tanto maggiore perciò ne dev'esser la pena; perchè chi offende gli ignoti, si chiama ladrone, e chi gli amici, chiamasi poco meno che parricida.

Eumolpione distrusse questa non equa declamazione, dicendo: Io capisco che ciò chepiù nuoce a questi sgraziati fanciulli si è l'aversi tagliati i capegli di notte, e sembra da ciò che non siano venuti da se nella nave, ma capitativi. Io vorrei spiegarvi la cosa tanto schiettamente, quanto semplicemente fu fatta. Essi voleano pria d'imbarcarsi alleggerirsi la testa di un peso molesto e superfluo; ma il vento assai propizio sospese la proposta acconciatura, nè poterono immaginarsi che fosse il pregio dell'opera studiar il luogo dove eseguire ciò che voleano, nulla sapendo essi nè di augurj, nè di leggi marinaresche.

A che serviva soggiunse Lica, che venendo per pregar si radessero? forse perchè le teste pelate muovon più compassione? Ma che giova cercar di saperne il vero dall'avvocato? Che ne dì tu, o ladrone? Con qual salamandra ti sei bruciate le sopracciglia (4)? A qual Dio

quae Salamandra supercilia tua „ exussit ? „ Cui Deo crinem vovisti? Pharmace, responde.

Obstupueram ego supplicii metu pavidus, nec quid in re manifestissima dicerem, inveniebam. Turbatus et deformis praeter spoliati capitis dedecus, superciliorum etiam aequalis cum fronte calvities, ut nihil ne facere deceret, nec dicere. Ut vero spongia uda facies „ plorantium „ detersa est, et liquefactum per totum os attramentum, omnia scilicet lineamenta fuliginea nube confudit, in odium se ira convertit. Negat Eumolpus passurum se ut quisquam ingenuos contra fas legemque contaminet, interpellatque saevientium minas, non solum voce, sed et manibus. Aderat interpellanti mercenarius comes, et unus, alterque infirmissimus vector, solatia magis litis, quam virium auxilia.

Nec quidquam pro me deprecabar, sed intentans in oculos Triphaenae manus, usurum, me viribus meis clara liberaque voce clamavi, ni abstineret a Gitone mulier „ damnanda, „ et in toto navigio sola verberanda, „ passuram „ injuriam.

hai appeso in voto la capigliatura (5)? Rispondi, o tossico.

Io spaventato dal timor della pena stavami tutto stordito, nè sapeva che dirmi in cosa si manifesta; oltracciò io era mesto, e difforme, non solo per vergogna della testa pelata, ma anche della nudità delle sopracciglia pari a quella del capo, sicche io nulla osava nè far nè dire. Quando poi con umida spugna ci fu lavata la faccia lagrimosa, e che l'inchiostro si distese su tutto il viso, e tutti i lineamenti quasi da un nembo di caligine rimaser confusi, l'ira diventò furore. Eumolpione si dichiarò che non avrebbe sofferto che alcun ci offendesse contra i diritti e le leggi, e si oppose alle minacce di que'manigoldi non solo con la voce, ma ancor colle mani. Il suo garzone si unì a lui, poi un marinajo, ed un altro, deboli però, e più buoni a far maggiore la quistione, che ad ajutar colle forze.

Io non pregai altrimenti in favor mio, ma alzando le unghie agli occhi di Trifena, gridai fuor dei denti e ad alta voce, che mi sarei servito delle mie forze se quella rea donna, che sola in tutta la nave era da castigarsi, non si fosse distaccata da Gitone, e ch' io l' avrei insultata.

Accenditur audacia mea iratior Lycas, indignatusque, quod ego relicta mea causa tantum pro alio clamo.

Nec minus Triphaena contumelia saevit accensa, totiusque navigii turbam diducit in partes.

Hinc mercenarius tonsor ferramenta sua nobis, et ipse armatus, distribuit: illinc Tryphaenae familia nudas expedit manus. Ac ne ancillarum quidem clamor aciem destituit, uno tantum Gubernatore relicturum se navis ministerium denuntiante, si non desinat rabies libidine perditorum collecta.

Nihilominus tamen perseverat dimicantium furor; illis pro ultione, nobis pro vita pugnantibus. Multi ergo utrinque semimortui labuntur, plures cruenti vulneribus referunt veluti ex proelio pedem: nec tamen cujusquam ira laxatur.

Tunc fortissimus Giton ad virilia sua admovit novaculam „ infectam, „ minatus se abscissurum tot miseriarum causam: inhibuitque Tryphaena tam grande facinus, non dissimulata missione. Saepius ego cultrum tonsorium super jugulum meum posui, non magis me occisurus, quam Giton, quod „ minabatur, „ facturus. Audacius, ille tamen tra-

Lica per questa mia insolenza più iratamente s' inviperì, sdegnato che io tanto gridassi per un altro, abbandonando la mia causa.

Nè fù meno istizzita delle ingiurie Trifena; sicchè tutta la turba del vascello si divise in fazioni.

Di quà il barbier mercenario distribuì a noi i ferri del suo mestiere, armandosene egli stesso: di là la famiglia di Trifena si dispone colle mani vote. E nè lo schiamazzo delle ancelle dissippò gli accampati, nè l' avvisar del piloto, il quale nient' altro dicea che di volersi torne dal governo del naviglio, se non cessava un tumulto cagionato dalla libidine di alcuni malvagi.

Ciò non pertanto il furore de' combattenti continuò, quelli per vendicarsi, noi per salvar la pelle. Molti quindi cadean semivivi da una parte e dall' altra, molti sozzi del sangue delle ferite ritiravansi come da una battaglia; nè ancora indebolivasi in veruna parte lo sdegno.

Allora il valoroso Gitone accostando il fatal rasojo alla sua virilità minacciò di voler troncare la cansa di tanti guai, ma impedì Trifena un delitto sì grande, promettendogli perdono. Più volte io pure mi posi alla gola un coltello da barbiere, con tanto pensier di uccidermi, quanto ne avea Gitone di far quello ch' ei minacciava. Ma egli rappresentava più francamente la parte

gaediam implebat, quia sciebat se illam habere novaculam, qua jam sibi cervicem praeciderat.

Stante ergo utraque acie, cum appareret, futurum non stlatarium bellum, aegre expugnavit Gubernator, ut Caduceatoris more Tryphaena inducias faceret. Data ergo, acceptaque, patrio more, fide, protendit ramum oleae a Tutela navigii raptum, atque in colloquium venire ausa.

„ *Quis furor, exclamat, pacem conver-*
„ *tit in arma?* „

» *Quid nostrae meruere manus? non*
„ *Troius hostis* „

» *Hac in classe vehit decepti pignus*
„ *Atridae.* „

„ *Nec Medea furens fraterno sanguine*
„ *pugnat.* „

» *Sed contemptus amor vires habet,*
„ *et mihi fata* „

» *Hos inter fluctus quis raptis evocat ar-*
„ *mis?* „

„ *Cui non est mors una satis? ne vincite*
„ *pontum,* „

» *Gurgibusque feris altos immittite flu-*
„ *ctus.* »

sua, perchè vedeva di aver quel rasojo, col quale già erasi tagliata la gola.

Erano i due partiti in faccia un dell' altro, nè parea che il combattimento avesse a rallentarsi, tanto che il piloto stimolò bruscamente Trifena, acciò a guisa di parlamentario provocasse una tregua. Data dunque e ricevuta la vicendevol promessa, giusta l' antica usanza, ella distese un ramoscello di ulivo preso dalla immagine della divinità protettrice del legno, ed entrata arditamente a parlare, così disse:

Qual di guerra furor pace a noi toglie?
Or che fecimo noi? non quì trasporta
Il nemico trojan la dolce moglie,
De' l' ingannato Atride,
Nè Medea furibonda
Col sangue del fratel tra noi combatte;
Ma un disprezzato amore
Qui spiega il suo furore.
Deh chi l' arme incalzando infra quest' ire
Chi affretta la mia sorte?
V' ha cui non basti la mia sola morte?
Ah non vogliate vincere
Il mare in crudeltà!
Ah non scavate il vortice
Che poi c' inghiotterà.

Haec ut turbato clamore mulier effudit, haesit paulisper acias, revocataeque ad pacem manus intermisere bellum: Utitur poenitentiae occasione Dux Eumolpus, et castigato ante vehementissime Lyca, tabulas foederis signat, queis haec formula erat.

Ex tui animi sententia, ut tu, Tryphaena, neque injuriam tibi factam a Gitone quereris, neque si quid ante hunc diem factum est, objicies, vindicabisve, aut ullo alio genere persequendum curabis: et ut nihil imperabis puero repugnanti, non amplexum, non osculum, non coitum Venere constrictum, nisi pro quaque re praesentes numeraveris denarios centum.

Item Lyca, ex tui animi sententia, ut tu Encolpion nec verbo contumelioso insequeris, nec vultu, neque quaeres, ubi nocte dormiat; aut si quaesieris, pro singulis injuriis numerabis praesentes denarios ducentos.

In haec verba foederibus compositis arma deponimus: et ne residua in animis etiam post jusjurandum ira remaneret, praeterita aboleri osculis placet.

Come la donna si fu con questo appassionato gridore manifestata, la zuffa rimase alquanto sospesa, indi dateci pacificamente le mani, tutta la guerra ebbe fine. Di questo istante di pentimento valendosi Eumolpione nostro Capitano, diè prima di tutto una solenne lavata di testa a Lica, firmò il trattato di pace, di cui questo era il tenore.

Che tu, o Trifena, per tua propria risoluzione non ti debba lagnare dell' insulto avuto da Gitone, nè che tu abbi a rimproverarlo o a vendicarti, o in qual siasi altro modo a perseguitarlo, per quanto può essere sin quì avvenuto: e che nulla tu debba comandargli contro sua voglia, nè abbracciamenti, nè baci, nè copula venerea, fuorchè pagando per ciascuna di queste cose cento denari moneta corrente.

Così pure che tu, Lica, di tua propria risoluzione, non abbi ad ingiuriare Encolpo con parole minacciose, o con bruscheria, nè a cercarlo dove dorma la notte: e in caso che lo cerchi, pagherai per ciascuna ingiuria dugento danari moneta corrente.

Stabiliti i patti in questi termini, deponemmo le armi, e perchè anche dopo il giuramento non rimanesse nell' animo alcun resto di collera, ci baciammo, per distruggere la memoria del passato.

Exhortantibus universis odia detumescunt; epulaeque ad certamen prolatae conciliant hilaritate convivium. Exsonat ergo cantibus totum navigium, et quia repentina tranquillitas intermiserat cursum, alius exultantes quaerebat fuscina pisces: alius hamis blandientibus convellebat praedam repugnantem. Ecce etiam per antennam pelagiae consederant volucres, quas tectis arundinibus peritus artifex tetigit: Illae viscatis illigatae viminibus deferebantur ad manus. Tollebat plumas aura volitantes, pinnasque per maria inanis spuma torquebat.

Sparvero gli odj per comune disposizione, e vivande recate nel luogo della zuffa ci unirono in allegro convito. Tutta quindi risuona la nave di canti, e siccome una calma improvvisa ritardava il cammino, chi i pesci guizzanti cacciava col forchetto, chi cogli ami lusinghieri seduceva la preda mal volenterosa. Venivan pure a posar sù per gli alberi degli augelli marini, che l' accostumato nocchiero sapea ingannare con sue cannimede coperte, sicchè allacciandosi sopra il vischio, prendeansi con le mani; l' aria portavasi a volo le piume, e la leggiera schiuma ne attorbigliava pei flutti le penne.

NOTE

(1) Soleano espiarsi i sogni lavandosi il capo e le mani con vino misto ad acqua, o immergendosi interamente in un fiume, al che allude quel passo di Persio nella seconda Satira, *et noctem flumine purgas*.

(2) Allude a ciò che Omero narra di Euriclea nodrice di Ulisse, la quale dopo vent'anni di assenza lo riconobbe ad una cicatrice che avea in una gamba.

(3) Notisi in questo passo, che il far prigionieri i nimici, allorchè cedeano le armi, e non trucidarli, come più anticamente si usava, era già ai tempi di Nerone tenuto per massima inalterabile nel gius delle genti. Locchè non tutti vogliono accordare.

(4) Il sangue della Salamandra, dice Dioscoride, fa cadere i peli, ove tocca. Il tutto sta a trovare una Salamandra, checchè dicansi alcuni Naturalisti, e comunque assicuri quello strano cervello di Benvenuto Cellini di averla veduta una volta nel fuoco della sua cucina.

(5) Consacrar le chiome agli Dii era costume antichissimo. Veggansi le note di Foscolo alla *Chioma di Berenice*; e ciò che altrove notammo a proposito della prima barba.

Jam Lycas redire mecum in gratiam coeperat; jam Tryphaena Gitona extrema parte potioni spargebat, cum Eumolpus et ipse vino solutus dicta voluit in calvos stigmososque jaculari: donec consumpta frigidissima urbanitate, rediit ad carmina sua, coepitque capillorum elegidarion dicere.

„ *Quod summum formae decus est, ce-*
» *cidere capilli:* „
„ *Vernantesque comas tristis abegit*
„ *hiems.* „
„ *Nunc umbra nuda sua jam tempora*
„ *moerent.* „
„ *Areaque attritis* „ *nidet* „ *adusta pilis.* „
„ *O fallax natura Deum: quae prima de-*
„ *disti* „
„ *Ætati nostrae gaudia, prima rapis.* „
„ *Infelix, modo crinibus nitebas,* „
„ *Phoebo pulchrior, et Sorore Phoebi:* „

CAPITOLO XXV

Allegria. Novella della Matrona d' Efeso.

Intanto Lica incominciava a ravvicinarmisi, e già Trifena gittava addosso a Gitone le ultime goccie delsuo bicchiero (1), allorchè Eumolpione, che era assai provvisto di vino, volle recitare alcuni suoi motti contro i calvi ed i bollati; tantochè fatte mille insipide smancerie venne a' suoi versi, e si mise a raccontarci questa elegietta sui capegli.

Cadder le chiome, ed ahi!
Primo onor di beltà sono le chiome;
Il tristo inverno le rapì; dogliose
Stanno le tempia or che di fregio prive
Mostran lucida chierca,
De l' onorato pel spogliata e rasa.
O natura ingannevol degl' iddii,
Che de' nostri begl' anni il piacer primo
Prima pur sciogli! ahi lassa!
Tu poc' anzi splendevi
Pel tuo bel crin, cui non eguaglia Apollo,
Nè di Apollo la suora,

„ *At nunc laevior aere, vel rotundo* „
„ *Horti tubere, quod creavit unda,* „
„ *Ridentes fugis, et times puellas.* „
„ *Ut mortem citius venire credas,* „
„ *Scito jam capitis perisse partem.* „

Plura volebat proferre, credo et ineptiora practeritis, cum ancilla Tryphaenae Gitona in partem navis inferiorem ducit, corymbioque Dominae pueri adoruat caput. Imo supercilia etiam profert de pyxide, sciteque jacturae lineamenta secuta, totam illi formam suam reddidit.

Agnovit Tryphaena verum Gitona: lacrimisque turbata tunc primum bona fide puero basium dedit.

Ego, etiamsi repositum in pristinum decorem puerum gaudebam, abscondebam tamen frequentius vultum, intelligebamque me non tralatitia deformitate esse insignitum, quem alloquio dignum nec Lycas quidem crederet. Sed huic tristitiae eadem illa succurrit ancilla, sevocatumque me non minus decoro exornavit capillamento: imo commendatior vultus enituit, quia „ flavum „ corimbion erat.

Caeterum Eumolpus, et periclitantium advocatus, et praesentis concordiae autor, ne

Or con la testa più del bronzo liscia
E più del fungo oval, che in mezzo agli orti
Sorge figlio dell' acqua
Fuggi gli scherni, e le fanciulle schivi.
Or perchè ti convinca
Che a te morte sollecita s' appressa,
Vedi che in parte già il tuo capo è morto(2).

Più altre cose volea recitare, e peggiori credo io delle prime, quando una damigella di Trifena condotto Gitone sul fondo della nave adornogli la testa con una parrucca della padrona. Cavò pur da una scatola de'sopraccigli, e destramente coprendo le tracce del rasojo, gli restituì la sua intera bellezza.

Allor conobbe Trifena il vero Gitone, e lagrimando e commossa allor primamente diè un bacio di cuore al fanciullo.

Io benchè lieto che il volto del ragazzo fosse tornato alla sua prima avvenenza, pure spesso copriami la faccia, ben comprendendo di essere mostruosamente deforme, poichè nè Lica persino mi tenea degno di parlar seco. Ma a questo affanno la stessa damigella provvide, la qual chiamatomi a parte mi ornò di capigliatura non meno bella, anzi parvi più vezzoso perchè la mia parrucca era bionda.

Intanto Eumolpione stato protettor ne'pericoli, e di questa riconciliazione autore, acciò

sileret sine fabulis hilaritas, multa in muliebrem levitatem coepit jactare: quam facile adamarent: quam cito etiam Philorum oblivisceretur. Nullamque esse feminam tam pudicam, quae non a peregrina libidine usque ad furorem averteretur. Nec se tragaedias veteres curare, aut nomina saeculis nota; sed rem sua memoria factam, quam expositurum se esse, si vellemus audire. Conversis igitur omnium in se vultibus auribusque, sic orsus est.

Matrona quaedam Ephesi tam notae erat pudicitiae, ut vicinarum quoque gentium feminas ad sui spectaculum evocaret. Haec ergo cum virum extulisset, non contenta, vulgari more, funus passis prosequi crinibus, aut nudatum pectus in conspectu frequentiae plangere, in conditorium etiam prosecuta est defunctum, positumque in hypogaeo, Graeco more, corpus custodire, ac flere totis noctibus diebusque coepit. Sic afflictantem se, ac mortem media persequentem non parentes potuerunt abducere, non propinqui: Magistratus ultimo repulsi abierunt: complorataque ab omnibus singularis exempli femina, quintum jam diem sine alimento trahebat.

non cessasse l' allegria per mancanza di barzelette, si mise a declamar mille cose contro la leggerezza delle donne, come facilmente s' innamorino, come anche presto si dimentichino degli amanti; e non esservi sì casta femmina, la quale non si riscaldi sino al furore per ingordigia di altr' uomo. Aggiunse che se volevano ascoltarlo ei ci racconterebbe non fatti di antiche tragedie, o nomi in ogni secolo celebrati, ma avventura occorsa a' tempi suoi. Ciascuno adunque gli occhi e le orecchie a lui rivolgendo, così egli parlò.

Fu già in Efeso (3) una matrona di sì celebre castità, che le donne de' paesi vicini correvano a vederla per maraviglia. Avendo essa perduto il marito, non solo, giusta l' usanza comune, ne seguitò il funerale co' capegli rabbuffati, e battendosi ad ogni tratto in presenza di tutti il nudo seno, ma volle seguirne il cadavere sino al cimitero, e custodirlo anche dopo che era, secondo si pratica in Grecia, riposto nel monumento, ed ivi abbandonarsi alle lagrime i giorni interi e le notti; nè i parenti poterono, nè gli amici, lei così desolata, e di morire desidorosa, di là distaccare: i magistrati stessi ne partirono senza frutto; di modo che l' esemplar donna da tutti compianta già il quinto giorno toccava senza aver preso cibo nessuno.

Assidebat aegrae fidissima ancilla, simulque et lacrymas commodabat lugenti, et quoties defecerat positum in monumento lumen renovabat. Una igitur in tota civitate fabula erat; et solum illud affulsisse verum pudicitiae amorisque exemplum omnis ordinis homines confitebantur.

Cum interim Imperator Provinciae latrones jussit crucibus affigi, secundum illum eandem casulam, in qua recens cadaver Matrona deflebat. Proxima ergo nocte cum Miles, qui cruces servabat, ne quis ad sepulturam corpora detraheret, notasset sibi et lumen inter monimenta clarius fulgens, et gemitum lugentis audisset, vitio gentis humanae, concupiit scire, quis, aut quid faceret. Descendit igitur in conditorium, visaque pulcherrima muliere, primo quasi quodam monstro, infernisque imaginibus turbatus substitit: deinde ut et corpus jacentis conspexit, et lacrymas consideravit; faciemque unguibus sectam; ratus scilicet „ id „ quod erat, desiderium extincti non posse feminam pati: attulit in monumentum coenulam suam, coepitque hortari lugentem, ne perseveraret in dolore supervacuo, et nihil profuturo gemitu pectus diducere: omnium eundem exitum esse:

Una fedelissima cameriera teneva compagnia all' afflitta, le proprie alle di lei lagrime mescolando, e riaccendeva la lucerna posta nel monumento ogni volta che si spegnea. D' altro non parlavasi in tutto il paese, e gli uomini d' ogni qualità convenivano essere questo un luminosissimo ed unico esempio di pudicizia e di amore.

In questo mezzo il Comandante della Provincia fe' crocifiggere alcuni ladri in vicinanza al sepolcro medesimo, dove la Matrona piagnea sul cadavere. La notte vegnente il soldato che facea guardia alle croci, onde nessuno ne staccasse i morti per seppellirli, avendo abbadato sì alla lucerna risplendente tra quelle tombe, come ai gemiti della piangente gli venne curiosità, come suol accadere, di sapere chi, e cosa fosse. Discese perciò nel cimitero, e vista quella bellissima faccia, soprastette al primo colpo quasi spaventato da non so qual fantasima o larva infernale; dipoi osservato il giacente cadavere, e scorte le lagrime, e il viso lacerato dall' ugne, s' accorse bentosto di quel che era, e non potere la donna il dolor dell' estinto superare; allora ei portò nel sepolcro la sua cenetta, e cominciò ad esortar la piagnente a non ostinarsi in una inutile afflizione, e guastarsi i polmoni con gemiti che a nulla giovavano: tale essere il comu-

sed et idem domicilium, et caetera, quibus exulteratae mentes ad sanitatem revocantur. At illa ignota consolatione percussa, lacera-vit vehementius pectus ruptosque crines super „ corpus „ jacentis imposuit.

Nec recessit tamen Miles, sed eadem exhortatione tentavit dare mulierculae cibum, donec ancilla, vini certe „ grato „ odore corrupta, primum ipsa porrexit ad humanitatem invitantis victam manum: deinde, refecta potione et cibo, expugnare Dominae pertinaciam coepit. Et, Quid proderit, inquit, hoc tibi, si soluta inedia fueris? si te vivam sepelieris si antequam fata poscant, indemnatum spiritum effuderis.

„ Id cinerem, aut manes credis curare „ sepultos? „

Vis tu reviviscere reluctantibus Fatis extinctum? vis, discusso muliebri errore, quamdiu licuerit, lucis commodis frui? ipsum te jacentis corpus admonere debet, ut vivas.

Nemo invitus „ obedit, „ cum cogitur aut cibum sumere, aut vivere. Itaque mulier, aliquot dierum abstinentia sicca, passa est

ne destino, e il domicilio comune; e dirle insomma tutto ciò che vale a restituire la calma negli animi esacerbati. Ma ella offesa da questo inaspettato conforto tornò a graffiarsi il petto con maggiore trasporto, ed a spargere le strappatesi chiome sul disteso cadavere.

Non risttette perciò il soldato; ma con egual premura tentò di somministrare alcun cibo alla poverina, fino a che la damigella, allettata senz' altro dall' odor grato del vino, fù la prima che persuasa tese la mano al pietoso sollecitatore, e dipoi, rifocillata della bevanda e del vitto, cominciò a combattere l' ostinazione della sua padrona, e così le disse: che ti avrà giovato questo lutto, se poi resterai morta di fame? se quì viva rimarrai sepolta? se l' anima renderai non ancora chiamata, e pria che il destino l' esiga.

. . . Una gran cura certo
Han di ciò l'ombre, e il cener de'sepolti! (4)

Vuoi tu contra il volere del fato risuscitare un estinto? nè vuoi, finchè ti lice, abbandonando la femminile ignoranza, godere del piacer della vita? a ciò deve pure esortarti questo stesso cadavere.

Come non havvi alcuno che di mala voglia ubbidisca, quando si tratti di prender cibo, e di vivere; così la donna indebolita per sì lunga

frangi pertinaciam suam : nec minus avide replevit se cibo , quam Ancilla , quae prior victa est. Caeterum scitis quid tentare plerumque soleat humanam satietatem. Quibus blanditiis impetraverat Miles , ut Matrona vivere vellet , iisdem etiam pudicitiam ejus aggressus est. Nec deformis aut infacundus juvenis Castae videbatur , conciliante gratiam Ancilla , ac subinde dicente.

. . . . . „ *Placitone etiam pugnabis*
„ *amori* , „
„ *Nec venit in mentem , quorum conse-*
„ *deris arvis ?* »

Quid diutius moror ? ne hanc quidem mulier partem corporis abstinuit , victorque miles utrumque persuasit , jacuerunt ergo una non tantum illa nocte qua nuptias fecerunt , sed postero etiam ac tertio die , praeclusis videlicet conditorii foribus , ut quisque ex notis ignotisque ad monimentum venisset , putasset expirasse super corpus viri pudicissimam uxorem. Caeterum delectatus Miles et forma mulieris , et secreto , quidquid boni per facultates poterat , coemebat ; et prima statim nocte in monimentum ferebat.

astinenza, piegossi a vincere la sua caparbietà, e il ventre si ristorò non meno avidamente della sua damigella, che prima ne diè l' esempio. Ora voi ben sapete quali stimoli sogliono sopravvenire quand' uno è ben pasciuto. Con questa gentilezza medesima che il soldato avea messo in opera, onde madonna vivesse, con quella si fece ad assaltare la di lei pudicizia. Nè già parve alla buona donna che il giovine fosse nè brutto nè zotico; tanto più che la damigella il mettea in grazia, e andavale dicendo

Ma poi ch' ami, ad amor sarai rubella,
E ritrosa a te stessa? Ah non sovvienti
Qual cinga il tuo reame assedio intorno? (5)

Ma a che tenervi più a bada? La donna dal vincitor soldato persuasa non seppe nemmanco per l' altra parte restar digiuna; laonde giacquero insieme non quella notte soltanto, in che fecer le nozze, ma quella appresso, e la terza ancora, e intendi colle porte del cimitero sì ben chiuse, che chiunque o straniero o dimestico vi fosse venuto avrebbe stimato che la castissima donna avesse l' anima sul corpo del marito esalata. Di modo che il soldato invaghitosi e della beltà della donna, e di quella solitudine, comperava quant'ei poteva secondo le sue forze, e ne faceva scorta nel cimitero sul principiar della notte.

Itaque cruciarii unius parentes, ut vide-unt laxatam custodiam, detraxere nocte pendentem, supremoque mandaverunt officio. At miles circumscriptus dum residet, ut po-stero die vidit unam sine cadavere crucem; veritus supplicium, mulieri, quid accidisset, exponit: nec se expectaturum Judicis senten-tiam, sed gladio jus dicturum ignaviae suae; commodaret modo illa perituro locum, et fa-tale conditorium familiari ac viro faceret.

Mulier non minus misericors quam pu-dica; Nec istud, inquit, Dii sinant, ut eo-dem tempore duorum mihi carissimorum ho-minum duo funera spectem: malo mortuum impendere, quam vivum occidere. Secundum hanc orationem jubet corpus mariti sui tolli ex arca, atque illi, quae vacabat, cruci af-figi. Usus est miles ingenio prudentissimae feminae; posteroque die populus miratus est, qua ratione mortuus isset in crucem.

Risu excepere fabulam Nautae, erube-scente non mediocriter Triphaena, vultumque suum super cervicem Gitonis amabiliter po-nente. At non Lycas risit, sed iratum com-movens caput, Si justus, inquit, Imperator

Infrattanto i congiunti di uno de' crocifissi, accortisi della negligenza della guardia, distaccarono di notte tempo l' appeso, e gli resero gli estremi ufficj. Quando il soldato, altrove occupato, osservò il dì vegnente una delle croci senza il cadavere, spaventatosi del castigo andò a narrar la cosa alla donna, e ch' ei non era per aspettar sentenza di giudice ma del suo fallo volersi col proprio ferro punire, e ch' ella disponesse a lui pure uno spazio, sì che il fatal sepolcro all' amico suo ed al marito avesse accomodato.

Madonna tanto pietosa quant' era casta: deh, disse, ciò non permettan gl' iddii, ch' io debba a un tempo stesso essere spettatrice della morte di due uomini a me carissimi: io vo' che si appicchi l' estinto, pria che il vivo si scanni. Fatto questo proposito, ordinò che il corpo di suo marito fosse levato dall'arca, ed attaccato alla vota croce. Il soldato approfittossi del ripiego della prudentissima femmina, e il dì seguente il popolo rimase attonito come fosse il morto sulla croce tornato.

Ascoltavan ridendo i marinai questa novella, e Trifena arrossitasi in volto nascondevalo gentilmente in seno a Gitone. Ma Lica non rise, anzi crollando iratamente la testa disse: se il comandante volea usar giustizia, doveva rimet-

fuisset, debuit patrisfamiliae corpus in monimentum referre, mulierem affigere cruci. Non dubie redierat in animum moechile, expilatumque libidinosa migratione navigium. Sed nec foederis verba permittebant meminisse, nec hilaritas, quae praeoccupaverat mentes, dabat iracundiae locum.

tere nel sepolcro il corpo del marito, e far impiccare la donna. Costui ricordossi al certo i tradimenti della amica, e la derubata sua nave, da cui pe' miei lascivi diporti dovetti fuggire. Ma non era permesso il parlarne sì per lo disposto dal Trattato di pace, come per l' allegria di cui tutti eran colmi, la quale non dava adito a nuovi sdegni.

NOTE

(1) Segno di amore.

(2) Tra le superstizioni della religione de' gentili quella vi era, che Proserpina venisse a radere un po' di ciuffo a colui, che poco tempo dopo dovea morire. Nell' Alceste di Euripide questo ufficio è assegnato a Mercurio. Virgilio dice di Didone che penava a morire perchè

Nondum illi flavum Proserpina vertice crinem abstulerat . . .

(3) Petronio non fu il primo a scrivere questa novella, ma ben fu il primo che sì leggiadramente la scrivesse. Apulejo ne fà cenno nel primo libro dell'asino d' oro, e v'è chi pretende che sia vera

storia. Conobbe questo bel pezzo del nostro autore, ed ebbe occasion di citarlo, S. Girolamo. Fu tradotta in versi e in prosa in tutte le lingue, e non v' è, credo io, nessun romanziero che non ne abbia tratto partito. Noi ne abbiamo abbastanza detto nella Prefazione.

(4) Eneid. lib. 4. v. 34. traduzione di Annib. Caro.

(5) Eneid. v. 38. lib. 4., traduz. di Annib. Caro.

Caeterum Tryphaena in gremio Gitonis posita, modo implebat osculis pectus, interdum concinnabat spoliatum crinibus vultum.

Ego moestus, et impatiens foederis novi, non cibum, non potionem capiebam, sed obliquis trucibusque oculis utrumque spectabam. Omnia me oscula vulnerabant, omnes blanditiae, quascumque mulier libidinosa fingebat: nec tamen adhuc sciebam utrum magis puero irascerer, quod amicam mihi auferret; an amicae, quod puerum corrumperet. Utraque inimicissima oculis meis, et captivitate praeterita tristiora. Accedebat huc, quod neque Tryphaena me alloquebatur tanquam familiarem, et aliquando gratum sibi amatorem, nec Giton me aut tralatitia propinatione dignum judicabat, aut, quod minimum est, sermone communi vocabat: credo

CAPITOLO XXVI

Violazione de' Trattati Naufragio.

Trifena stavasi intanto in grembo a Gitone, or mille baci sul petto imprimendogli, ora accommodandogli sulla calva fronte i capegli.

Io malinconico e indispettito di questa rinnovata amicizia, nè di cibi nè di bevande curavami, ma all' uno ed all' altra volgea di traverso occhiate torve e feroci. Tutti que' baci, tutti que' vezzi, e ogn' altra mollezza che l' oscena femmina a lui facea, erano tante ferite al mio cuore; nè ancora conosceva io stesso, se più del fanciullo sentissi dispetto, perchè mi rubava l' amica, o più dell' amica, che il fanciullo mi seducea. L' una e l' altra cosa era orribile agli occhi miei, e più affligente della schiavitù passata. Aggiugni che nè Trifena parlavami come confidente e già suo ben accetto adoratore, nè Gitone giudicavami degno di finire il suo bicchiero, nè, ciò che è peggio, il discorso mi rivolgeva forse temendo, per quel ch' io credo, di non ria-

veritus ne inter initia coeuntis gratiae recentem cicatricem rescinderet. Inundavere pectus lacrymae dolore paratae, gemitusque suspirio tectus animam penè submovit.

„ *Moerenti tamen mihi, cum novum de-*
„ *cus adderet flavum corymbion Lycas novo*
„ *etiam incensus amore, amasiis oculis mi*
„ *nictitabat, et in* „ *partem voluptatis ten-*
tabat admitti, nec Domini supercilium in-
duebat, sed amici quærebat obsequium, „ *et*
„ *diu frustraque tentavit: tandem omnino re-*
„ *pulsus amorem vertit in furorem, et vi*
„ *gratiam extorquere conatus est, cum inex-*
„ *pectata Tryphaena, oppido ingressa, illius*
„ *procacitatem notavit. Ille perturbatus dili-*
„ *genter amicitur, et fugit.*

„ *Hinc Tryphena, majori libidine conci-*
„ *tata, quo pertinet, inquit, illa petulans*
„ *Lycae molitio, et fari coegit: narratione*
„ *ardentior factâ, et antiquae familiarita-*
„ *tis memor, ad pristinas me voluit revocare*
„ *voluptates: ast ego, tot voluptatibus fa-*
„ *tigatus, illius blanditias respui. Illa au-*
„ *tem amore furens amplexu effusissimo me*
„ *invasit, et tam arcte me complexa est, ut*
„ *subito exclamaverim. Ex Ancillis una ad*

prire la piaga ancor fresca di Trifena, sul bel principio che riacquistava la di lei grazia. Lagrime figlie del mio dolore innondavammi il seno, e gemiti dal singhiozzo interrotti, quasi mi uccidevano.

Trovandomi così afflitto, ma reso più vago dalla bionda mia zazzera, Lica acceso esso pure di nuovo amore, drizzavami obliqui sguardi, e tentava di rimettermi a parte de' suoi piaceri: nè sosteneva altrimenti la serietà di un padrone, ma pregava con l' affabilità di un amico, e stette un pezzo, ma sempre invano, istigandomi: infine, costantemente rispinto cangiò l' amore in furore; e usò ogni modo per ottener colla forza il suo capriccio; ma in quel punto entrata inaspettatamente Trifena vide il disordine di lui, ond' egli turbatosene si raffazzonò presto presto, e scappò fuora.

